erunt soluta et in celo [1]). claves nempe regni celorum suscipit quisquis creatur episcopus peccantemque hominem tradere potest Sathane in interitum [f. 200ª] carnis, ut spiritus salvus fiat [2]). cuius rei [3]) sublimitatem Ieronimus circumspiciens ad Heliodorum scribit in hec verba: quodsi te inquit ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta solicitant, gaudebo de ascensu, timebo de lapsu [4]). intelligebat nempe quid esset episcopum fore. at nos hodie sine delectu aliquo creamus episcopos priusque aliquos imperitorum magistros efficimus, quam ipsi doctorum discipuli unquam [5]) fuerint, nec cogitamus quoniam detrimentum pecoris pastoris est ignorancia. sed o infelicem hodie statum ecclesie! o ignoranciam temporis! rem facilem et omnino levissimam arbitramur episcopatum; ac si liberis nostris querimus pedagogum, tum illum ornatum, tum bonis moribus et honestate pollentem exigimus, tum gramatice atque rhetorice peritissimum, in eo vero, qui non solum uni familie, sed uni civitati infinitisque animabus preficitur, nec litteras querimus nec mores egregios; omnes clamitant, quia qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. scimus ista [6]) inquit Ieronimus [7]) — libenter namque gravissimi viri testimoniis in hac re utor. sed iunge quod sequitur: oportet autem huiusmodi inreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium pudicum prudentem ornatum hospitalem docibilem [8]), non vinolentum, non percursorem [9]), sed modestum.

Unum tamen in hoc loco non preteribo, quoniam in his verbis de presbiteris apostolus loquebatur episcopatumque, ut sepe facit, pro presbiteratu posuit. namque cum ait ad Titum [10]): huius rei

[1]) Matth. 18, 18.
[2]) 1. Corinth. 5, 5.
[3]) res cod.
[4]) Hieronymus l. c. 1,35.
[5]) inquam aus unquam cod.
[6]) est ista cod.
[7]) Hieronymus ad Heliodorum l. c. 1, 31 nach 1. Timoth. 3, 1 ff
[8]) doctorem Vulg.
[9]) percussorem Vulg.
[10]) Tit. 1, 5-7.

gracia reliqui[1]) te Crete, ut ea que desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros, quemadmodum tibi disposui. si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusacione luxurie aut non subditos; oportet enim episcopum sine crimine esse: notum est, qui[a] presbiterum vocavit episcopum, et ut in hoc quoque Ieronimi auctoritate utamur, sic ille de gradibus sacerdotalibus inquit: Philippus[2]) certe una Macedonie civitas est, et cum ibi apostolus Paulus episcopis et diaconibus scribat, quid omnino nisi eos qui sunt presbiteri episcopos vocat[3])? que auctoritas valde confundit eos, qui negant inferiores presbiteros cum episcopis, sicut nunc agimus, iudicari. expresse enim inquit Ieronimus, quia presbiteri sacerdotum, id est episcoporum, interesse concilio debent[4]).

Sed ut ad propositum redeam, si ibi apostolus tam multa in presbiteris requirit, quid in episcopis creditis eum requisivisse? scitum est illud, quia cui plus creditur, plus ab eo exigitur[5]). ac nobis hodie non sufficit priores illos ecclesie ordines confundisse[6]). supremum eciam episcopalem evertere festinamus. respicite ad fossarios hostiarios atque lectores! que nunc horum ordinum existimacio est? venio ad subdiaconos atque levitas. nonne is eciam ordo contempnitur? plus tamen de presbiterali doluerim, in quo gradu, licet sit ille sublimis, tales interdum poni videmus, ut non solum officium, sed ornamenta quoque officii vituperentur. nam neque claudos neque [f. 200^b] parte membrorum carentes neque, quod peius est, genus aliquod hominum a sacerdocio reicimus et nonnunquam tales ad mensam Domini et ad conficiendum sacratissimum Christi corpus admittimus, quos esse nobiscum in epulis

[1]) reliqui qui cod.

[2]) So cod. Das Wort (lies Philippis) gehört dem vorausgehenden Satze an und ist irrtümlich hierhergeraten.

[3]) Pseudo-Hieronymus, De septem ordinibus ecclesiae, l. c. 11, 160. Die Stelle lautet: qui vos posuit episcopos regere ecclesiam suam Philippis. Certe una Macedonie ete.

[4]) Ab initio, ut legimus, negotiorum iudices esse mandati sunt presbyteri interesse sacerdotum consilio. Pseudo-Hieronymus l. c. 11, 168.

[5]) Luc. 12, 48.

[6]) So cod.

nullo modo pateremur. ideoque cum isti ordines iam pene cecideruntex indiscreta cuiuslibet admissione, videbatur xij viris circa supremum ordinem providendum, ne gradum quoque huiusmodi, hoc est episcopalem, penitus destruamus, quod quidem omnino fiet, nisi maior in creandis episcopis discussio fiat. ea de causa necessarium putaverunt advisamentum, quod supra retulimus, vestris offerre conspectibus.

Cuius avisamenti due precipue fuerunt partes: altera ut testes in episcopalibus causis audiendi ex officio quoque commissariorum examinentur, altera ut facta relacione in auditorio generali votum suum medio iuramento conmissarii emittant, ne scilicet ordo iste episcopalis videretur co[n]tempni, neve in sacro concilio vituperare aliquis promotos et promoventes posset. nec hoc sufficere xij viri in tanta re putaverunt, sed esse obicem quendam in effrenatis quorundam ambicionibus, qui dignitatem episcopalem non solum poscere, sed eciam emere audent. sed inimicus, dicit apostolus Paulus, vobis factus sum verum dicens [1]); et quoniam Salvatoris dura videbantur eloquia, plurimi discipulorum retrorsum abierunt [2]). unde non mirum est, si et ipsi xij viri viciis detrahentes et ambicionibus aliquorum obstantes complures offenderint [3]), qui nolentes se emendare avisamento resistunt, ipsum tamquam ineptum et omnino inutile reiciunt. existimo tamen aliquos fore, quos recta intencio, parum tamen examinata, in avisamentum armaverit. nec enim omnes reprehendo, qui contra xij viros senserunt, sed tantum quos neque racio neque bonitas, sed sola movit ambicio. utcumque est, tamen tam istis quam illis est respondendum: illis ut melius informati veritatem cognoscant, et istis ut hoc prelio victi moliri deinceps talia erubescant. ceterum tempus est, ut ipsos audiamus.

Primam avisamenti partem ideo damnant, quoniam nichil afferat novi, iurisque fore vetusti asserunt, ut ex officio testes in episcopalibus causis interrogentur. quis istut negat? an ideo laceramur, quia veterem legem cupimus innovari? quis nescit Con-

[1]) Gal. 4, 16.

[2]) Hieronymus ad Marcellam l. c. 1, 186. Joh. 6, 61. 67.

[3]) Cf. Hieronymus ad Marcellam l. c. 187: unde non mirum est, si et nos ipsi vitiis detrahentes offendimus plurimos.

stanciensis concilii decretum esse, quod incipit ‘ frequens ’? at [1]) id vos quoque, reverendissimi patres, innovavistis [2]). Tolletanum decretum est, ne qui strepere aut tumultum facere in sacris congregacionibus audeant. nonne istud [3]) eciam in vestris sessionibus est repetitum? [4]) qui nobis detrahit, et vobis detrahit, sanctissimi patres. pretereo symbolum fidei in magna Nicena sinodo editum quam multa expost concilia repecierint. evolvite digestorum pandectorumque codices, aspicite decretales epistolas, errore huiusmodi, si [f. 201 *a*] error est aliquis, omnia plena invenietis. quid, obsecro, est quod novas quotidie membranas tingimus, cur tot leges ad humani generis salutem perscribimus? sufficerent nobis que scripta sunt, et utinam antiquorum leges observaremus! Si vis ad vitam ingredi, ait Dominus, serva mandata [5]); atque ut circumscripcius loquar, unico precepto lex tota impletur: omne quod tibi fieri nolueris, alio ne feceris [6]). quid igitur dietim nove constituciones emergunt? nempe ut novis legibus custodiantur antique. nec latebat xij viros legem esse de testibus, ut emuli garriunt, veterem, sed stare illam in medio librorum mutam atque elingwem nec aliquos cir caeam respicere. videbant creari episcopos nec alios examinari testes [nisi] quos [7]) promovendus ipse produxit. quo factum est ut aliqui ita puri et mundi probati sint, ut sola miracula ad sanctitatem deforent. nescio an consciencie vestre sic de illis existimaverint; michi videtur eo miseriarum ecclesiam devenisse, ut ridiculos magis quam veros pastores conspiciamus. nec sine dolore referre possum, quod in facie universalis ecclesie cum risu ac ioco creentur, ubi fuissent oculi nostri uberibus lacrimis irrigandi. sed malum huiusmodi nichil aliud peperit, quam lex illa de testibus obliterata et omnino abiecta; quam si xij viri nunc cupiant renovari, videte an iuste in ora quorundam tamquam

[1]) Ad cod.

[2]) Ein Irrtum. Das Konstanzer Dekret ‘ Frequens ’ wurde in Basel nicht ausdrücklich erneuert, sondern nur in der ersten Session verlesen. Mon. Concil 2, 49. Erneuert wurde ein anderes Dekret, l. c. 2, 712.

[3]) Num istuc cod.

[4]) In der ersten Session: Mon. Concil. 2, 53.

[5]) Matth. 19, 17.

[6]) Falsch nach Matth. 7, 12. Luc. 6, 31.

[7]) quis cod.

reprehendendi ceciderint! sed clamat apostolus, quia si hominibus placere vellem, Christi servus non essem [1]).

Adversarii tamen hac prima congressione devicti aliud pugne genus instituunt et una cervice abscisa in morem idre aliam erigunt. quid respondebis, inquiunt, michi ad iusiurandum? dignumne tibi videtur iuramento astringi commissarios? hoc si fiat, nullus erit episcopus. quis namque iurare velit istum vel illum episcopatu dignum existere? unus profecto in nostra deputacione fidei gravi et firmo iudicio pater iuramentum huiusmodi refellebat, elemosinarium dico et oratorem serenissimi regis Aragonum [2]), cui quantum ipse tribuam non facile dixerim; sed ex[is]timo, quia nichil premeditatum haberet. tanta est enim illius viri prestancia, ut nichil ab eo appensate dictum non verum aut non rectum putem. at in re subitanea doctissimi sepe viri falluntur, ut fortissimos quosque milites subita bella conturbant et ante cogunt fugere quam arma capessere. referam tamen, quod ipse vir insignis contra iusiurandum adducebat. fuisse conterraneum suum dixit. qui asserenti Petro de Luna sive, ut ipse [3]) ait, Benedicto xiij ideo se diutinam ecclesiarum ferre vacacionem, quod nullum episcopatu nosceret dignum, 'arbitrabar, o summe pontifex, retulit, usque in hanc diem sapientem te fore, nunc vero stultissimum omnium iudico, qui [f. 201^b] alios queris homines quam secula nostra produca[n]t'. laudabat elemosinarius facetum hominis dictum timebatque, ne dato commissariis iuramento alios Benedictos efficeremus nec quemquam inveniremus, quem iurare idoneum commissarii vellent. sed fuit forsitan Benedictus nimis extremus nimiumque, ut aiunt, vivendi normam restringebat, nesciens quia populi [4]) omnem exsuperanciam virtutis oderunt. namque, sicut Romanus orator inquit, Aristides grecus philosophus ob eam causam expulsus est patria, quod preter modum iustus esset [5]). philosophorum quoque sentencia est, ut Ieronimus noster scribit, moderatas esse virtutes, et excedentes modum atque mensuram inter vicia repu-

[1]) Gal. 1, 10.
[2]) Aroganum cod.
[3]) ipsi cod.
[4]) populus cod.
[5]) Cicero Tuscul. V 36, 105.

tari [1]). unde et unus de vij sapientibus ne quid [2]) ait nimis. quod tam celebre factum est, ut comico quoque versu expressum sit [3]). at non illa xij virorum mens fuit. non enim de diis, sed de hominibus sciebant esse assumendos episcopos, et sicuti Cicero in eo qui est de amicicia libro sapientes illos qui Rome fuerunt non ad exactam philosophie disciplinam metitur [4]), sic nos episcopos nostri temporis non ad apostoli normam omnino redigimus, sed utimur pingui Minerva. nec enim Phenicem in Arabie desertis investigamus. sufficit nobis plus boni quam mali in episcopis apparere, quamquam quis prohibet nunc eciam servandas esse leges apostoli. num ius ipsum divinum semper viride est et semper loquitur? en iusta excusacio erit: ideo indignum recipio, quia nescio dignum! Quasi vero, inquit [5]) Ieronimus, Deo deficiant sacerdotes [6]). heu nimium timidi qui cum Helia clamatis: proprophetas tuos occiderunt et altaria tua suffoderunt et ego relictus sum solus, audite responsum Domini ad eum: reliqui michi inquit vij milia virorum qui [7]) non curvaverunt [8]) genua sua ante Baal [9]). ne credamus, sicut aliqui stulte putant, ad unicam vetulam posse redigi fidem, quia vobiscum sum, dixit Dominus, usque ad consumacionem seculi [10]), ususque est non singulari verbo, sed plurali, sciens quoniam semper essent in fide complures. vana est igitur illa et deridenda penitus excusacio: propter penuriam hominum suscipiamus indignos, ideoque iurare nolumus, quia necessum sit periurare. nec enim, si diligenter investigemus, in tantum defecit mundus, ut sceleratis hominibus ecclesias penitus oporteret commendare. quod si verum esset, vacare pocius ecclesias cum Benedicto velim, quam non pastoribus, sed lupis oves committere. sed dicet adversarius meus: da michi hominem sine crimine! cui respondebo. quia non iurant commissarii hominem sine macula fore. juramentum est, quia

[1]) Hieronymus ad Demetriadem l. c. 1, 988.
[2]) nequit cod.
[3]) Terentii Andria I 1, 34.
[4]) De amicitia 5, 18, hier umschrieben.
[5]) inquid cod.
[6]) Pseudo-Hieronymus l. c. 11, 172.
[7]) que cod.
[8]) corruaverunt cod.
[9]) 3. Reg. 19, 10. 18.
[10]) Matth. 28, 20.

pensatis omnibus aut committendam (f. 202ᵃ) esse nominato viro ecclesiam putant aut nullatenus committendam. quis hoc iuramentum inpugnet, quis hic resistat [1])? Iuramus omnes incorporati solum Deum et conscienciam in quovis negocio sequi. iurati sunt iudices vestri, iurati sunt collatores, iurati omnes quos emittitis oratores, iurati eciam litterarum vestrarum scriptores; ac commissarii, qui causas episcopales examinant, non iurabunt? an non tritum est illud, quia ubi maius periculum est, ibi caucius est agendum? quid, obsecro, maius est, quam gratos pastores suis gregibus ordinare? an vultis in tanto dignitatis fastigio symonie locum patere? at non sic Cesarum sanxit auctoritas — libet michi eciam in hoc negocio secularem adducere legem, cuius aurea verba et omni religioso viro dignissima referre in hoc loco constitui, ut qui nimium duros sacros canones arbitrant[ur], per seculares codices erubescant: Nemo gradum sacerdocii, ait Augustus [2]), precii venalitate mercetur [3]); quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat extimetur. profecto enim quis locus tutus, que causa [4]) poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expungnentur? quem murum integritati aut vallum fidei providebimus, si « auri sacra fames » veneranda templa proserpit? [5]) quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? de episcopis loquitur imperator, ideoque paulo post subjicit: ita castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut locorum quocunque perveniat. omnia vite proprie integritate purificet. non precio, sed precibus ordinetur antistes. intantum ab ambitu debet esse sepositus, ut queratur cogendus, rogatus recedat. invitatus effugia[t], sola illi suffragetur necessitas excusandi. profecto enim indignus est sacerdocio, nisi fuerit ordinatus invitus [6]). quid hoc textu clarius expectatis vobis? possum afferre ad propositum

[1]) resistatur cod.
[2]) Augustinus cod.
[3]) meretur cod.
[4]) terra cod.
[5]) proserpitur cod.
[6]) Codex Justinianus, lib. I tit. 3 (de episcopis et clericis) l. 30.

apcius? an hic brevibus verbis depictum [1]) quodammodo episcopum cernitis! certe non hec tempore Pauli lex prodiit, sed multis postea seculis emanavit. siquidem ius ipsum codicis Iustiniani tempore collectum fuit, quem diu post Constantinum magnum imperasse non ignoramus; quo tempore licet non parum refriguisset caritas et forsitan non meliores homines illud haberet seculum quam nostrum, episcopus tamen ad normam requirebatur apostoli. nec profecto mirum. sciebat namque Augustus, quam magna esset episcopi dignitas, de cuius sublimitate et excellencia si pauca pro captu nostro dixerimus, intelliga[n]t omnes, quia non vana neque indigna res foret ligare [f. 202^b] commissarios iuramento. quod ut brevissime faciam, non me pudebit iterum atque iterum ad Ieronimum revertisse, cuius ad Heliodorum [2]) suum pauca hec sed pregnancia verba leguntur: prudenterque Ennius ait 'plebs in hoc regi antestat loco: licet lacrimare plebi, regi honeste non licet'. ut regi sic episcopo. immo minus episcopo quam regi; ille enim nolentibus preest, iste volentibus. que verba si quis diligenter evolvat, magnum misterium intra se habent. equiparat [3]) namque regie dignitati atque prefert episcopalem, et quod ille inter laicos est, idem vult esse inter clericos episcopum. ostendit exinde, quoniam gratus populo episcopus esse debet. nec enim aliter potest preesse volentibus, ideoque sanctissime mos eligendi pastorem extitit introductus, quoniam nemo sibi ingratum eligit. eapropter cavere [4]) commissarii debent, ne pastorem ingratum populo tribuant. quod si secus efficiant, sciant se non episcopum sed dominum atque tyrannum creare et omnino adversus preceptum Christi venientem, qui ait apostolis suis: reges gencium dominantur eorum, et qui potestatem habent, domini vocantur. vos autem non sic, sed qui maior est vestrum, fiat sicut puer, et qui princeps est vestrum, fiat sicut minister [5]). tercium est quod doctor illustris inter sua verba Ieronimus [6]) cursim et quasi aliud agens inseruit, quia non tantum plorare, verum eciam lacrimare episcopum prohibet.

[1]) depidum cod.
[2]) l. c. 1, 342.
[3]) Equiperat cod.
[4]) caveri cod.
[5]) Luc. 22, 25. 26.
[6]) Ad Heliodorum, l. c. 1, 342.

quod licet aliqui floccifaciant [1]), ego in hoc verbo permagnum latere misterium cerno. vult namque huiusmodi hominem, qui episcopus sit, lacrimas ignorare. at quid aliud est carere lacrimis, quam omni carere turbacione? abesse vero turbacionem quietum indicat animum, nec quietus cuiusquam animus esse potest, nisi prudenter et honeste viventis. qui ergo illacrimabilem poscit episcopum, quid aliud flagitat quam sapiencie studiis esse deditum? sapiencia enim, ut inquit Cicero, semper eo contenta est quod adest nec eam unquam sui penitet [2]) ideoque sola est que aufferre potest episcopo lacrimas. episcopus ergo nec diviciarum amissionem nec fame perdicionem nec propinquorum mortem nec exilium nec carcerem nec vincula nec vulnera nec se ipsum morti traditum honeste poterit deplorare. laudatissimus est Hercules inter veteres eiusque opera divinis poetarum carminibus celebrantur. perfeccionem tamen episcopum volo, quam ille fuerit. non decent [3]) episcopum ille voces: O ante victrices [4]) manus, o pectora, o [5]) terga, o lacertorum [6]) thori [7]) quibus deflere illum Sophocles introducit. indignus est, quem imitetur sacerdos, apud Hesiodum clamitans Prometheus [8]): Titanum soboles socia vestri [f. 203ᵃ] sanguinis Generata celo, aspicite religatum asperis iunctumque saxis! Saturnius me sic fixit [9]) Iupiter. Nolo his lacrimis madidum esse episcopum. Anaxagoram illi prebeo imitandum, quem ferunt nunciata morte filii dixisse: sciebam me genuisse mortalem. sit eius vultus Socratico similis, quem ferunt uxorem eius Xantippem nunquam vidisse mutatum. Oileum [10]) nolo sequatur, qui cum Thelamonem de morte Ayacis [11]) filii consolatus fuisset, interitum pii [12]) nati pacienter

[1]) flectifaciant cod.
[2]) Tuscul. V 18, 54.
[3]) decens cod.
[4]) indrices cod.
[5]) et cod.
[6]) sacerdotum cod.
[7]) Cicero Tuscul. II 9, 21.
[8]) Cicero Tuscul. II 10, 23 aus Aeschylos, nicht Hesiod.
[9]) darüber von anderer Hand inuixid (?) cod.
[10]) orleum cod.
[11]) Axacis cod.
[12]) so cod., lies proprii.

ferre nescivit; de cuius mutata mente sic apud Sophoclen [1]) dicitur: nec vero tanta preditus sapiencia quisquam est qui aliorum erumpnam dictis allevans non idem cum fortuna mutata impetum convertit clade ut subita frangatur sua ut illa ad alios dicta et precepta excidant [2]). ac sacerdotis Christi os mens sensusque concordent, quia magister omnium Ihesus facere primum cepit ac deinde docere, et apostoli preceptum est, ne aliis predicans ipse inveniatur reprobus [3]). nimis enim delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiuniis disputat [4]). taceo de mansuetudine atque humilitate, qua pollere oportet episcopos. namque, ut ad Ieronimum redeam, illud eciam, dico, clamitat ipse [5]), ut episcopi sacerdotes esse se sciant, non dominos, honorent clericos quasi clericos, ut eis a clericis quasi episcopis honor deferatur. scitum [6]) est illud oratoris Domicii: cur [ego] te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem? quod Aaron et filios eius, hoc esse episcopum et presbiteros noverimus. cordatum quoque et magni animi oportere episcopum fore quis ambigit, ne vota principum populorumque sequens disciplinam postponat ecclesie? habere semper in memoria atque in pectore illud Ambrosii Mediolanensis episcopi debent: ego faciam, inquit ille ad Theodosium, quod sacerdotis est, quod imperatoris est faciat imperator; prius est ut animam michi quam fidem eripiat [7]). meminerit episcopus, quoniam iudex est, et scriptum legimus: noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitatem, ut [8]) extimescas faciem potentum et ponas scandalum in agilitate [9]) tua [10]). at Chrisippus notissime fame phi-

[1]) Sophoden cod.
[2]) Cicero Tuscul. III 29, 71.
[3]) 1. Cor. 9, 27.
[4]) Hieronymus ad Nepotianum l. c. 1, 262.
[5]) l. c.
[6]) certum cod.
[7]) In den Briefen des Ambrosius an den Kaiser kommt so etwas nicht vor.
[8]) ne forte Vulg.
[9]) aequitate Vulg.
[10]) Eccli. 7, 6.

losophus, ut est in Agellio Noctium Atticarum [1]), iudicem inquit, qui iusticie antistes est, oportet esse gravem sanctum severum incorruptum inadulabilem, contraque [2]) improbos nocentesque [3]) immisericordem atque inexorabilem erectumque [4]) et arduum ac potentem vi et maiestate equitatis veritatis[que] terrificum. non debet aput episcopum [5]) pluris esse matrona nobilis atque dives, quam pauper et mendica mulier aut vidua maritali auxilio destituta. alienum esse a personis omnium sese iudicet, nec iniusticiam pauperis in iudicio defendat, nec gracie divitum contra indigentes assistat. rumusculos vulgi nullatenus aucupetur, ne Dei offensam cum populorum laude permutet, aut si hec non potest facere. cognicionem respuat causarum solaque sibi lectione et oracione contentus existat, sciens quia neminem diligit Dominus nisi eum, qui cum sapiencia ambulat.

Ostendi quodammodo faciem ipsam et qualitatem episcoporum, quos, uti cernitis, mundos esse ac sine criminibus oportet. quod si quis arduum putat nimiumque difficile, meminerit, obsecro, quod supra dixi, vicem apostolorum tenere episcopos; ut apud Ieronimum scribitur: Episcopi et presbiteri habeant in exemplum apostolos et apostolicos viros, quorum honorem possidentes habere nitantur et meritum [6]). at nunc maius aliquid dicam, nec putaverim me errare Ieronimi nostri verba sequentem. audite, obsecro, admirabile verbum, prebeat michi aures, si quis hic est sancte sinodi adversarius, attende qui prohibes plenarias indulgencias sacrum concilium dare! De hoc officio, inquit Ieronimus [7]), amplius disputare non est necesse, quoniam quitquid in clericis consecratum esse

[1]) Gellius XIV 4, 3.

[2]) qui cod.

[3]) nocensque cod.

[4]) rectumque cod.

[5]) Das Folgende nach Pseudo-Hieronymus l. c. 11, 160 mit abweichendem Text.

[6]) Epist. ad Paulinum l. c. 1, 323.

[7]) Pseudo-Hieronymus l. c. 11, 170, mit abweichendem Text.

predixi, episcopum solum habere manifestum est; in illis esse partes et membra virtutum, in episcopo plenitudinem divinitatis corporaliter habitare, atque ita est, ut in episcopo Dominum, in presbiteris apostolos, qui et ipsi sunt, recognoscas. en auctoritatem auream! Ieronimus iste est ad Damasum de gradibus sacerdotalibus. Ieronimo fidem, non michi adhibete! nec enim semel ut per errorem ex ore suo hoc excidit: iterum replicat sic dicens [1]): ideo in fossariis spiritus profetarum prophetis subiectus est[2]). in ostiariis doctores, in lectoribus prophete, in subdiaconibus angeli qui interpretantur, in diaconibus archangeli, in presbiteris apostoli, in episcopis Deus. imperitissimi concilii hostes ista non legerant aut tam clari doctoris auctoritate postposita ad iniuriam sancte sinodi, in qua non unus sed plures episcopi sunt, suam rabiem contulerunt. Deum igitur, ut est dictum, nobis episcopi representant, ut agnoscamus nullum esse hominum genus, nullam terram, nullam gentem, que non hiis propter Deum iubeatur servire, ob quas causas omni studio est enitendum, ut tales ordinentur episcopi, qui fidem teneant, Dominum predicent, salutem annuncient ac pro nobis oraie non dedignentur. sint opto, inquit Ieronimus [3]). meliores patribus suis, erudiant semet ipsos, castigent atque benedicant electionem, in opere compleant [f. 204ᵃ] et opus in electione multiplicent, ne faciant irritam graciam Dei. cavendum quoque est ne novi homines ad dignitatem huiusmodi assumantur, qui libros ignorent, ecclesiasticam consuetudinem nesciant et prius doctores gencium dici velint quam didicerint esse discipuli. concurrunt enim ad ecclesiam populi de sacerdote novo aliquid audituri: quale tunc erit, obsecro, patres, iudicium de episcopo, cum interrogatus nichil dixerit [4]) ac meliores se laicos sciencie agnicione vel vite integritate intra ecclesiam reppererit? non sine causa scriptum est, ut nemini cito imponantur manus [5]). et ut probentur primo et sic mi-

[1]) l. c. 171.
[2]) subiecti sunt cod.
[3]) Nicht aufgefunden.
[4]) Pseudo-Hieronymus l. c. 172.
[5]) 1. Timoth. 5, 22: manus cito nemini imposueris.

nistrent sine crimine constituti [1]). altissima est hec dignitas episcopalis, supremus ordo auctoritasque precipua, ad cuius rei cognicionem plenissimam ultimo loco et in calce sermonis nostri Ieronimum iam vobis familiarem benigne accipite [2]). Septimus autem inquit ipse in his dispensacionibus episcopalis est ordo, qui et primus et perfectus [3]) in cunctis est, qui omnipotencia Domini et Christi donatur, ex quo processus omnium gloriarum et plenitudo virtutum est, ex quo omnia et per quem omnia et cuius omnia. ipse enim ordinat sacerdotes, ipse levitas, ipse subdiaconos, ipse lectores, ipse hostiarios, ipse fossarios, ipse arundinem tenens metitur Ierusalem, ipse fabrice Dei preest, ipse quid unusquisque facere debeat ostendit, ipse damnat, ipse recipit, ipse ligat, ipse solvit, ipse claves regni celorum habet, ipse thronum Dei reserat et claudit, supra se nichil habens. si humilis et bonus sit, perfectus. ut scriptum est, si observans omnia, si hospitalis, si sine crimine, si habens testimonium bonum, si unius mulieris vir. id est si sua tantum carne contentus est. alicu[b]i corporis illecebram non querat, filios habens subditos in castitate, in sobrietate, quia peccare in in operibus non debet, qui in lectione perfectus est. huius sacerdotalis vestis perfecta Dei gloria est, ad hunc pertinet totum, quia ipse Christus Christorum, id est sanctus sanctorum et episcopus animarum. scriptum est: nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari. huic summa a cunctis clericis atque omni populo deferenda reverencia est.

Ex quibus Ieronimi verbis non solum habemus, quanta sit dignitas, sed aperte monemur, qui[a] non omnes sine delectu creare debemus episcopos. que res precipue xij viros ad dandum supradictum avisamentum movit, ut scilicet commissariorum iuramentum ambiciones multorum postulancium [f. 204^b] refrenaret nec tam

[1]) 1. Timoth. 3, 10.
[2]) Pseudo-Hieronymus l. c. 169 f.
[3]) profectus cod.

larga pateret ad episcopatum via. quod monitum utrum recte sacra illa et prestantissimis patribus referta deputacio pacis non dicam impedierit — neque enim suffragia petita sunt —, sed utrum bene neglexerit ipsa videat. fecerunt xij viri, quod ad eos pertinuit; monstrarunt vobis vulnera, quibus esset medendum. ea si putrescere sinitis, non culpa eorum est, sed illorum quos supra retuli paucorum impediencium.

Nunc vero illud tantum commoneo, ut si non placet avisamentum nec iurare commissarios vultis, ad minus provideatis, ne peiores vestre quam domini Eugenii aut alterius pape promociones diiudicentur, neve in episcopis vestris accidat, quod Rome quondam in consulibus evenit, ubi cum Ventidius quidam Bassus, qui curandis mulis solitus fuerat iudicare, ad consularem dignitatem pervenisset, ita Romanus populus egre tulit, ut vulgo per vias Urbis, sicut Agellius refert [1]), versiculi prescriberentur: Concurrite omnes augures auruspices! portentum inusitatum conflatum est recens, nam mulos qui fricabat consul factus est.

[1]) Gellius, Noct. Attic. XV 4, 3.

ARCHIVE UND BIBLIOTHEKEN

RECUEIL DES DOCUMENTS PONTIFICAUX

CONSERVÉS DANS DIVERSES ARCHIVES D'ITALIE

(XIIIe et XIVe SIÈCLES)

PAR EUGÈNE DÉPREZ

MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

En voyageant dans diverses villes d'Italie, pour continuer et compléter certaines recherches que j'avais entreprises à propos de divers sujets intéressant l'histoire du XIVe siècle, je fus frappé de l'utilité qu'il y aurait à recueillir les documents pontificaux conservés en original dans les diverses archives italiennes et à en donner, sous forme de brèves analyses, la liste exacte. L'idée me vint alors d'entreprendre une publication qui me semble offrir un réel intérêt. Mais je n'avais ni la prétention ni le temps d'appliquer cette étude à tous les pontificats et j'ai dû forcément me limiter. Au demeurant, j'ai voulu seulement tenter pour le XIVe siècle, subsidiairement pour le XIIIe, ce que Pflugk-Harttung avait entrepris pour le haut moyen âge de 590 à 1198, dans son *Iter Italicum* [1]), mais avec une autre méthode. Sans rappeler même les travaux de Dudik [2]) ou de Blume [3]), qui ont rendu tant de services, je voudrais continuer pour la période des papes d'Avignon (1308-1378) et accessoirement, suivant la richesse des dépôts, pour les papes du XIIIe siècle, divers travaux élaborés sur les sources pontificales

[1]) Julius v. Pflugk-Harttung, *Iter Italicum unternommen mit Unterstützung der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* Stuggart 1883. — 908 pag.

[2]) Dr. B. Dudik, *Iter Romanum*, Wien 1855, 2 vol. 367, 231 p.

[3]) Friedrich Blume *Iter Italicum*, Berlin et Stettin (1824-1836), 4 volumes

« Papst-Urkunden »[1]) par divers érudits d'Allemagne qui s'étaient volontairement arrêtés à la fin du XIIe siècle et même plus anciennement. Après eux, et pour les XIIIe et XIVe siècles, je publierai pour chaque depôt d'archives que j'aurai pu explorer la liste exacte des documents pontificaux qu'il renferme.

Cette étude m'a paru pouvoir être utile à plus d'un titre. Je dirai brièvement comment je l'ai conçue et comprise, et quels sont les divers résultats auxquels elle pourra conduire. Il ne faudra pas s'attendre à trouver un classement systématique ou méthodique, par provinces ou par archevêchés. Comme les documents originaux dont je donnerai les analyses n'ont pas entre eux de rapports étroits, peu importe qu'on en commence l'étude par une région de la péninsule plutôt que par une autre; l'essentiel est d'être complet pour les diverses villes: aussi me suis-je attaché à consulter l'*Archivio di Stato* ou *communale*, l'*Archivio arcivescovile* ou *vescovile*, l'*Archivio capitolare*, les archives de couvents ou de corporations, les archives seigneuriales, en un mot dans chaque ville les dépôts d'archives où je pouvais espérer rencontrer des bulles originales.

Que les recherches aient été fructueuses ou non, en tout cas j'ai fait un dépouillement complet dont je consignerai les résultats, bien que d'inégale importance. N'envisagerait-on tout d'abord la question qu'au point de vue spécial des archives italiennes, il est certain que la connaissance des bulles originales nous permettra en premier lieu de mieux pénétrer dans certains fonds d'archives où elles sont conservées, et de constater l'existence de nouveaux fonds. Malgré les efforts individuels tentés jusqu'à ce jour, nous ne connaissons en somme qu'assez mal les archives italiennes. Pour les archives des archevêchés, des évêchés, ou des chapitres, à peine trouvons-nous çà et là quelques indications transmises par des érudits qui ont eu à travailler pour des sujets particuliers. En réalité non seulement nous ne disposons d'aucun inventaire imprimé, mais nous ignorons totalement ce que ces archives renferment. Or il en est de très importantes, je citerai, par exemple, les Archives capitulaires de Pise ou de Lucques,

[1]) P. Kehr, *Papsturkunden in Pisa, Lucca und Ravenna. Ein Reisebericht.* Aus den Nachrichten der Gesellschaft der Wissenchaften zu Göttingen, Philologisch-historiche Klasse, 1897, Heft 2.

que j'ai pu examiner à loisir; et si à propos des bulles originales j'arrive à donner des aperçus nouveaux sur la nature et la contenance du dépôt, ce seront-là autant d'indications qui suppléeront utilement à l'absence d'inventaires imprimés, inventaires qui ne sont pas en préparation et qu'il est douteux de voir publier un jour ou l'autre [1]).

Comme on le voit donc, qu'il s'agisse d'archives particulières, de l'Etat ou des villes, comme les inventaires de recherches n'abondent pas, les indications mêmes que je donnerai sur les différents fonds où les bulles sont conservées ne seront pas inutiles à ceux qui un jour ou l'autre auraient à faire quelques recherches dans ces dites archives; tant que nous n'aurons pas une collection complète d'inventaires, il faudra toujours s'en rapporter aux notes insérées dans les travaux antérieurs; voilà les seuls renseignements d'après lesquels on pourra travailler en Italie d'une façon rapide et sûre.

Mais la présente étude ne se limitera pas à nous faire mieux connaître divers dépôts d'archives et à nous en révéler de nouveaux. L'intérêt « archivistique » si je puis dire, n'est pas le seul qu'on en peut attendre. Si les érudits qui auront à s'occuper d'une question trouvent des renseignements plus complets sur certaines séries de documents et dans certains fonds d'archives où ils se seraient parfois lancés un peu à l'aventure, ce sera déjà là un premier résultat acquis. Mais ce résultat est tout pratique. Or j'espère que différents recueils conçus sur le plan que j'ai adopté éclaireront d'un jour nouveau certaines questions, voire même certains problèmes historiques. Je voudrais précisément montrer en peu de mots quels sont ces résultats historiques auxquels on peut prétendre atteindre. Des bulles pontificales réunies dans une collection spéciale offrent l'intérêt tout premier de renseigner chronologiquement sur des sujets divers, à des époques très différentes, mais sur un terrain délimité, dans un noyau local. Dans la collection tirée des Archives communales de Pérouse, par laquelle nous commencerons cette étude, il est certain que la grande majorité des actes intéresse la Commune de Pérouse elle-même, les guerres qu'elle dut entreprendre, la politique qu'elle

[1]) La publication de Mazzatinti rendra des services; mais elle est loin d'être bien conçue: elle n'a pas d'uniformité; le plan est défectueux, l'exécution trop hâtive et l'analyse à force d'être sommaire devient parfois incompréhensible.

suivit, les réformes qu'elle élabora, les relations qu'elle eut avec les puissances de l'époque. Il s'y sera bien glissé — on ne peut souvent dire pourquoi — des bulles intéressant des questions tout à fait étrangères. Mais l'essentiel est d'avoir une masse de documents qui se concentrent autour d'un point donné.

Or, et surtout lorsqu'il s'agit de bulles pontificales, ce sont les Archives du Vatican qui nous ont conservé les séries chronologiques des documents pontificaux. On voit de suite l'utilité de documents comme, par exemple ceux de Pérouse. Aux Archives du Vatican, pour les registres du XIIIe siècle, comme pour ceux de la période avignonnaise, qu'il s'agisse d'ailleurs de lettres secrètes, curiales ou communes, les bulles expédiées étaient enregistrées et les registres des Archives Vaticanes nous ont conservé ces bulles. Mais l'enregistrement des bulles peut être fautive. Les scribes chargés de recopier les actes, en un mot les agents de chancellerie préposés à leur transcription, n'avaient point une attention assez soutenue pour ne s'être jamais permis la plus légère erreur, d'où des lacunes, des inexactitudes, des erreurs de noms, de dates, de lieux. Que, par exemple, se soit glissée dans la bulle enregistrée une erreur telle que toute une phrase soit incompréhensible, ou que le raisonnement logique conduise à des conséquences plus qu'étranges : si l'on n'a conservé que la bulle enregistrée, il sera impossible de franchir l'impasse. Supposons au contraire que nous ayons heureusement conservé une expédition originale et authentique de la même bulle : nous pouvons de suite corriger, rectifier ou suppléer. Il y a plus encore. Les Registres du Vatican sont loin d'être complets ; toutes les bulles n'y étaient pas strictement et rigoureusement enregistrées. Il peut donc se faire qu'une bulle originale soit un acte unique et qu'elle n'ait jamais été enregistrée. Laissons même de côté le problème qui serait à résoudre, celui de savoir quel était le mode d'enregistrement. Avec un nombre suffisant d'exemples fournis par des expéditions originales, n'arriverait-on pas a démêler la question et à trouver la clef de l'énigme ? Ceci encore serait un résultat diplomatique ; et je me borne à le mettre en lumière. Nous arriverions ainsi à reconnaître par de sûrs indices l'existence de séries de registres spéciaux, et que le hasard des temps a détruits. Et même sans aller jusqu'à admettre qu'il y ait eu des séries différentes de celles que nous connaissons aujourd'hui, ou que nous avons conservées, ne seront-ce pas ces expé-

ditions originales qui permettront de reconstituer les bullaires des papes dont nous avons conservé les registres, mais dont certaines années manquent? C'est ainsi, pour ne parler que de la période avignonnaise, que la première année des Lettres Secrètes de Clément VI (1342) est perdue; il en est de même pour diverses années des pontificats d'Innocent VI et de Grégoire XI. Il est fort peu probable que l'on puisse un jour arriver à combler ces lacunes, c'est à dire à retrouver le registre original et complet, pareil à ceux que nous pouvons consulter à l'heure actuelle aux Archives du Vatican. Il est évident qu'il serait utile et intéressant de tenter fragmentairement la reconstitution de ces bullaires pour les années perdues. Or cette tentative n'est possible que si l'on explore tous les dépôts d'archives et à condition que l'on sache ce qu'ils contiennent: C'est ainsi que pour Clément VI les archives de Pérouse renferment certaines bulles de la première année. Comment avoir les matériaux d'une reconstitution, si l'on ne trouve l'indication dans des études de ce genre? Isolée, perdue dans le dépôt même le moins riche, une bulle originale pourrait passer inaperçue. Signalée, analysée même sommairement, elle devient un acte de toute première valeur. Rapprochée d'autres documents, elle prend comme une vie nouvelle. Cette nouveauté même ne se découvre pas de premier abord: des études spéciales la révèlent. Il importe avant tout de signaler ces documents quelle qu'en soit l'importance, et quelles que soient les conséquences, même inattendues, auxquelles elles conduisent. Il suffit de savoir qu'ils peuvent être utiles et intéressants et d'entrevoir ou de constater leur utilité, sans la pénétrer.

J'ajouterai que les bulles originales offrent des particularités que l'on ne rencontre jamais dans les registres. Et il ne s'agit pas seulement des expéditions adressées à divers personnages et où l'on peut saisir de notables différences dans la suscription, l'adresse, le dispositif, alors que dans les registres le scribe s'est borné à transcrire tout simplement «In eodem modo, mutatis mutandis». Les particularités qu'offrent les expéditions originales ne font pas partie de l'acte lui-même: elles sont comme en dehors de l'acte: le registre ne porte que l'adresse, l'exposé, le dispositif, la date: livre de chancellerie, il n'a d'autre utilité que de permettre de retrouver commodément un acte dont on cherche la date ou la teneur: il est par suite dépourvu de toutes ces men-

tions inscrites sur les expéditions originales, et qui nous font mieux pénétrer les usages et les formes de la chancellerie pontificale. Tous les actes ne portent pas nécessairement des mentions ; cela dépend de la nature de l'acte et de son importance; cela varie également avec les pontificats, et avec les réglements nouveaux de chancellerie. Nous envisagerons donc ces bulles au point de vue rigoureusement diplomatique, c'est à dire que nous consignerons les mentions, chaque fois qu'elles seront inscrites en haut, en bas, ou au dos d'un acte. On pourra trouver dans ces notes accessoires autant de renseignements qui peuvent être indispensables et qu'il est toujours utile de signaler. Je me bornerai à dresser la liste de ces mentions et à indiquer pourquoi et comment elles sont ou seront d'un réel profit. Il ne faut point oublier de noter si l'acte est scellé sur cordelettes de chanvre ou sur lacs de soie: la critique diplomatique peut démontrer la fausseté d'un acte d'après ces caractères purement extérieurs; la bulle même, c'est à dire le sceau en plomb, peut offrir des particularités nouvelles, que la sigillographie peut utiliser. Au XIIIe siècle les règles de la chancellerie pontificale ne sont pas encore rigoureusement suivies et les mentions n'abondent pas ; au XIVe siècle, sous la papauté avignonnaise, la mise en forme des bulles est plus exacte et plus soignée; les grossoyeurs sont plus surveillés. C'est ainsi qu'une mention, inscrite sur le repli de parchemin auquel est appendu le sceau en plomb, et toujours à droite, indique par qui l'acte a été expédié; on y ajoute parfois les mots: « De Curia », ce qui indique que l'acte est une lettre Curiale; ou *Registrata gratis*, ce qui signifie que la Chambre apostolique n'a perçu ni taxes ni droits quelconques ; dans le même repli, mais à l'intérieur, toujours à gauche, l'indication de la taxe avec la signature d'un secrétaire de chancellerie attaché à un autre bureau, quelquefois même la mention des sommes perçues outre la taxe, par ceux qui ont écrit l'acte. Est-il besoin d'insister sur l'importance de ces mentions ? Il est certain qu'une liste faite d'après les originaux, de tous les employés de la chancellerie peut permettre de vérifier l'authenticité de certains actes. N'envisagerait-on que la taxe elle-même, il sera toujours utile de la connaître, si la bulle est nouvelle, et si la bulle est déjà enregistrée, il sera toujours intéressant de la comparer et de la confronter avec celle qui est inscrite en tête de chaque acte de la

série des « *Regesta Avenionensia* », sur papier, pour ne parler que de cette seule série. On pourra même savoir qu'un employé s'est absenté [1]), ou a été malade lors de l'expédition de la bulle [2]): ce sont là autant de détails intimes que je signale pour leur précision.

Au dos de l'acte il y a le plus souvent des mentions qui sont non moins intéressantes. Nous pouvons savoir combien il a été fait d'expéditions d'un même acte par les mots *tricesima*, *vicesima* [3]); nous savons également par qui la bulle a été portée, c'est à dire que nous avons le nom du *cursor* [4]); nous savons même si la bulle a été publiée c'est à dire lue aux intéressés, par la seule lettre *P*[*ubblicata*] insérée au dos de l'acte [5]); quelquefois on a indiqué qu'il a été fait remise de la bulle à un procureur [6]), et l'on a même pris soin d'insérer une petite rubrique qui résume en deux mots la teneur de l'acte; c'était pour permettre au cursor ou au porteur de reconnaître facilement les bulles dont il était chargé: cet usage semble d'ailleurs s'être modifié à l'avènement de Grégoire XI; dans toutes les bulles de ce pape qui me sont passées sous les yeux, notamment les lettres secrètes, la bulle était pliée comme une lettre de cachet, et la chancellerie pontificale pour éviter toute erreur prenait soin de répéter l'adresse au dos de l'acte « Dilectis filiis » etc. [7]).

Il me reste enfin à parler d'une autre mention toujours inscrite au dos des actes, et qui, par les conséquences auxquelles elle peut conduire, est tout à fait de premier ordre et intéressante. Souvent, ainsi qu'on pourra s'en rendre compte par les exemples signalés ci-après — malheureusement pas pour tous les actes —, on trouve la lettre R d'assez grande dimension, suivie d'une longue queue au dessus de laquelle se trouve un nombre en chiffres romains. La lettre R est l'initiale du mot *Registrata*: quant à la numérotation en chiffres romains

[1]) Archivio comunale di Perugia n. 62.
[2]) id. n. 67.
[3]) id. n. 64. n. 88.
[4]) id. n. 66, 67, 68, 27, etc.
[5]) n. 26 et 27.
[6]) n. 135, 136, 139.
[7]) Les Archives de Pérouse et de Lucques m'en ont fourni de nombreux exemples.

elle n'est autre que celle du registre où la bulle a été enregistrée. Si nous avions perdu tous les registres du Vatican et si nous avions conservé toutes les expéditions originales, nous pourrions uniquement par ces chiffres reconstituer la composition d'un registre pièces par pièces. Pour les années des pontificats dont les registres n'ont pas disparu, pour Jean XXII et Clément VI par exemple, j'ai montré, en les confrontant, l'identité des deux numérotations. Les concordances sont parfaitement exactes et ceci nous prouve que l'enregistrement des actes se faisait attentivement et régulièrement; que nous ayons les registres originaux ou simplement une copie contemporaine, ceci nous prouve qu'un nombre respectable de bulles était enregistré. On a dit, et l'hypothèse est plausible, qu'une faible partie des bulles était enregistrée. C'est vrai surtout pour le XIIIe siècle; mais au XIVe siècle, sous les papes d'Avignon, les règles de la chancellerie pontificale sont fixées et strictement suivies, si l'on en juge par les formulaires rigoureux et précis qui nous les ont transmises. Curiales, secrètes, communes, les bulles abondent. Ne pourrait-on pas prétendre — c'est encore une pure hypothèse — qu'en dehors des séries connues il existait des séries de registres aujourd'hui perdus et pour certaines catégories d'actes. Une des raison qui me feraient croire qu'il y a, sinon des séries entières, à tout le moins des registres perdus, c'est ce fait que certaines numérotations de bulles me semblent sans cette hypothèse inexplicables. Quand, par exemple, on a conservé pour une année précise le registre complet où les diverses bulles sont numérotées en chiffres romains, et que la dite numérotation insérée au dos de l'acte original ne concorde pas avec celle fournie par le registre, si d'autre part cette dissemblance ne provient ni d'une erreur, ni d'un oubli, ne pourrait-on pas penser que nous nous trouvons en présence d'une bulle, non de celles qui ne furent jamais enregistrées, mais plutôt qui fut transcrite sur des registres spéciaux aujourd'hui perdus? C'est là une simple constatation que je me permets de faire, sans prétendre résoudre une question aujourd'hui encore complexe et sujette à controverse.

Voilà, brièvement résumés, les divers résultats auxquels peut conduire une publication ainsi conçue: je me suis borné à faire toucher du doigt les profits divers qu'il est loisible d'en retirer. Rien n'eût été plus facile d'ailleurs que de baser ces conclusions

sur des exemples choisis; mais j'ai préféré laisser à d'autres le soin de reconnaître l'utilité de pareilles recherches et de se convaincre de leur importance, selon la nature même des sujets d'études qu'ils se proposeront. J'ai, comme je le disais, senti tout l'intérêt de pareilles études et sur des voies peu frayées j'ai planté comme des indications pour éclairer et renseigner. Quel que soit le point de vue auquel on se puisse placer, qu'il s'agisse d'archives, d'histoire ou de diplomatique, que l'on aspire à des résultats pratiques ou à des conclusions théoriques, sur des questions connues ou non, il serait difficile de contester l'utilité de ces « Corpus » spéciaux, ou de ces bullaires factices. Les bulles pontificales, pour peu qu'on les retourne sous toutes leurs faces, offrent trop de variété pour être fermées à toutes découvertes, et les archives italiennes, provinciales communales, monastiques ou particulières, d'une richesse parfois surprenante malgré l'absence d'inventaires imprimés qui les rend totalement inconnues, méritent d'être fouillées surtout avec plus de méthode. Ce que j'ai tenté de faire pour divers dépôts d'archives, d'autres, je l'espère, le tenteront postérieurement et pour d'autres dépôts. Les résultats resteront toujours les mêmes; les divers sujets d'études dont je me suis efforcé de donner l'esquisse rapide et sommaire seront comme autant de sillons à creuser ou de filons à exploiter. Il suffit seulement de constater qu'ils existent et de savoir par avance à quoi ils peuvent aboutir.

Avant de livrer ce travail ce m'est une obligation de payer ma dette de reconnaissance à tous les archivistes italiens qui, par leur accueil dévoué et leur bienveillance, m'ont permis de l'entreprendre et de l'accomplir. Enfin pour les Archives capitulaires ou épiscopales, la haute intervention de S. E. le cardinal Rampolla m'a singulièrement facilité les recherches.

ARCHIVIO COMUNALE DI PERUGIA

LXVIII. Eis notificat Franciscum Perusinum episcopum Avinione, non in curia sed in carceribus, detineri, quousque excessus commissos correxerit. (—. Arch. com. n° 73); — Reg. e Doc. p. 208. Edidit Aloisius Fumi ex reg. Avinion. in Tabul. Vatic.: cfr. *Eretici e ribelli nell' Umbria dal 1320 al 1330*, Perugia 1899, pag. 163, n. 1). 1326. *Avignon*, mart. 6.

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi Perusinis* etc. Litteras pro venerabili. — Dat. Avinione II nonas martii anno decimo.

A dextera: *Gaucelinus Martini.*

LXIX. Infrascriptos certiores facit, Franciscum episcopum Florentinum, Raymundum Casinensem episcopum ac Guillelmum de Veyraco praecentorem ecclesiae Agathensis nuncios apostolicos ad An- 1326. *Avignon*, jul. 7.

[1]) Cfr. Band III, Heft 1, s. 103-128.

conitanam Marchiam destinari, eosque rogat ut praedictis nunciis plenam fidem adhibeant. (—. Arch. com. n° 71).

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus Perusinis ecclesiae Romanae devotis* etc. Cum nos venerabiles. — Dat. Avinione nonis julii p. n. anno decimo.

De Curia: *B. de Vidalho.*

1327. *Avignon*, jan. 5. LXX. Eos certiores facit quasdam Marchiae Anconitanae civitates contra Romanam Ecclesiam rebellionem facere, praesertim Fabrianenses et Firmanos qui nonobstantibus nunciis missis ad Avinionem rebellaverant. (—. Arch. com. n° 72; publicatum ex toto: Reg. e Doc. p. 501).

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus consilio et communi Perusinis* etc. — Quam graviter Firmani et Fabrianenses. — Dat. Avinione nonis januarii anno undecimo.

A dextera: *Gaucelinus Martini.*

1327. *Avignon*, mart. 15. LXXI. Infrascriptis gratias agit de auxiliis praestitis Francisco Florentino episcopo, nuncio apostolico, nunciisque rectoris Marchiae, et praecipue de militibus ab eis contra rebelles Ecclesiae missis. (—. Arch. com. n° 74; — Reg. e Doc. p. 503).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus prioribus consilio populo et communi Perusinis.* Letanter audivimus filii. — Dat. Avinione Idibus martii anno undecimo.

De Curia: *B. de Vidalho.*

1327. *Avignon*, mart. 15. LXXII. Infrascriptis maximas gratias agit de auxiliis quae Ecclesiae Romanae tulerunt, praesertim contra Narnienses, rebellesque Marchiae Anconitanae, rogatque omnes officiales Ecclesiae ut eos adjuvent. (—. Arch. com. n° 75; — Reg. e Doc. p. 503).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus prioribus consilio populo et communi Perusinis* etc. — Absit a nobis filii. — Dat. Avinione Idibus martii p. n. anno undecimo.

De Curia: *B. de Vidalho.*

1327. *Avignon*, mart. 15. LXXIII. Notificat se quibusdam ducatus Spoletani communitatibus scripsisse ad milites conscribendos, quo melius Ecclesia

Romana et rector dicti ducatus contra rebelles resistere possent. (—. Arch. com. n° 76; — Reg. e Doc. p. 503).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio populo et communi Perusinis* etc. Super conducendis in ducatu. — Dat. Avinione Idibus martii anno undecimo.

A tergo: *pro tallia ducatus.*

LXXIV. Infrascriptos rogat ut, civitatibus vicinis adjuvantibus, jura Ecclesiae Romanae defendant contra Ludovicum de Bavaria qui injuste regis Romanorum nomen usurpaverat. (—. Arch. com. n° 77; edita integre in Reg. e Doc. p. 503). 1327. *Avignon*, april. 29.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dum vestrorum progenitorum vestramque fidem etc. — Dat. Avinione III Kalendas maii p. n. anno undecimo.

A dextra: *P. de Rivo.*

LXXV. Nuntiat se a Johanne papa XXII deputari ad pacem ubique reformandam. (—. Arch. com. n° 63. Edidit Aloisius Fumi: *Eretici e ribelli nell' Umbria dal 1320 al 1330.* Perugia 1889, p. 183). 1327. *Perugia*, maii 18.

Johannes miseratione divina Sancti Theodori diaconus cardinalis A. Sedis legatus *universis Christi fidelibus* etc. Perusii XV Kalendas junii p. anno undecimo.

LXXVI. Infrascriptis commendat Petrum de Imola ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani priorem de Roma eosque rogat ut in negociis Sanctæ Sedis expediendis eum adjuvent. (—. Arch. com. n° 78). 1327. *Avignon*, jun. 16.

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus artium consilio et communi Perusinis.* — Dilectum filium Petrum de Imola. — Dat. Avinione XVI Kalendas julii p. n. anno undecimo.

Super plica: *P. de Rivo.*

LXXVII. Infrascriptos rogat ut preces favorabiliter exaudiant Richi Corboli mercatoris Perusini, ejusque uxoris et filij qui monasterium quoddam in loco dicto « S. Girolamo et S. Bevignate » construere volebant, et ut bona ab eis ad constructionem empta gabellis seu vectigalibus omnibus liberentur. (—. Arch. com. n° 79). 1327. *Avignon*, jul. 7.

Johannes etc. — *Dilectis filiis rectoribus et communi Perusinis* etc. — Exposuit nobis dilectus. — Dat. Avinione nonis julii anno undecimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini.*

1327. *Avignon*, novembr. 29. LXXVIII. Rectori mandat ut monasterium Sancti Eutichii in ducatu Spoletano nomine Ecclesiae Romanae capiat. (—. Arch. com. n° 83).

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Foro juliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Etsi ex injuncto. — Dat. Avinione III Kalendas decembris p. n. anno duodecimo.

Super plica a dextra: De Curia: *B. de Vidalho*; — a tergo: *R*[*egistrata*], — *Anno domini MCCCXXVIII die primo mensis martii presentate fuerunt presentes littere domino Johanni rectori ducatus Spoletani, per Pellulum de Perusio; — vicesima secunda.*

1327. *Avignon*, novembr. 29. LXXIX. Monasterium Sancti Eutichii in ducatu Spoletano, videlicet roccam fortem et bene munitam cum omnibus bonis et pertinenciis, Camerae Apostolicae in Spoletana civitate existenti unit et adjungit. (—. Arch. com. n° 84. Edidit A. Fumi, ut supra, p. 115 n° 1).

Johannes etc. — *Ad perpetuam rei memoriam*. Etsi ex injuncto nobis — Dat. Avinione III Kalendas decembris anno duodecimo.

Super plica a dextera: De Curia: *B. de Vidalho*; — a tergo: *R. VII*; — similes mentiones ut in n° 78.

1326. *Avignon*, décemb. 11. LXXX. Rogat eos ut Johanni tituli Sancti Theodori presbitero cardinali, A. S. legato auxilium praestare velint. (—. Arch. com. n° 80).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus prioribus artium consilio populo et communi Perusinis* etc. Ex illo instinctu. — Dat. Avinione III Idus decembris anno undecimo.

1328. *Avignon*, decembr. 1. LXXXI. Infrascripto rectori mandat ut jura jurisdictionemque ad monasterium Sancti Eutichii pertinentia, nunc Camerae papali adjuncta, capere vel recuperare velit. (—. Arch. com. n° 85).

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Foro juliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum nos publice. — Dat. Avinione Kalendis decembris anno tertio decimo.

De Curia: *B. de Vidalho;* — a tergo: *Vicesima tertia.*

1330. *Avignon*, novembr. 1. LXXXII. Petitionibus archipresbiteri et canonicorum Ecclesiae Perusinae annuens, edicit ut cellae eorum palatio communali contiguae quae occupabantur ab officialibus communis Perusini sine mora restituantur. (—. Arch. com. n° 93).

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus ceterisque officialibus communis Perusini* etc. Ad ea que justiciam. — Dat. Avinione Kalendis novembris p. n. anno quinto decimo.

In plica a sinistra: *Jo. Aud. XII* (*taxe*); — a tergo: *P. de Meunaco; R*[*egistrata*] *DXXVI.*

LXXXIII. Cum jam concessisset ut ecclesiasticae personae in studio Perusino per decennium residentes nullas gabellas solverent, beneficiisque fruerentur, de novo hoc privilegium per decennium prorogat. (—. Arch. com. n° 90). 1331, *Avignon*, sept. 11.

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino et dilectis filiis abbati Monasterii Sancti Petri prope Perusium ac archipresbitero ecclesiae Perusinae* etc. Dum in mente nostra. — Dat. Avinione III Idus septembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Jo. de Mar.*; — in plica a sinistra: *Vitalis LXXXII* (*taxe*); — a tergo: *R*[*egistrata*].

LXXXIV. Omnibus ecclesiasticis personis in studio Perusino studentibus hoc privilegium per decennium concedit, ut beneficiis fruantur. (—. Arch. com. n° 100). 1331. *Avignon*, sept. 11.

Johannes etc. — *Dilectis filiis comuni et populo Perusinis* etc. Dum in mente nostra. — Dat. Avinione III Idus septembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Jo. de Mar.*; — in plica a sinistra: *Vitalis LXXX* (*taxe*); — a tergo: *R. Oddo Nini de Perusio R. CCLVI.*

LXXXV. Episcopo Perusino mandat ut pecuniarum summas quae ab ecclesiasticis perusinis guerrarum praetextu contra Spoletanos et Assisinates tunc Ecclesiae rebelles recuperatae fuerant, restitui integre faciat. (—. Arch. com. n° 93). 1331. *Avignon*, novembr. 2.

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino.* Pervenit nuper ad nostri. — Dat. Avinione IV nonas novembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini*; — in plica a sinistra: *Vitalis XXIIII.*

LXXXVI. Indignatur quod Perusinum commune ab ecclesiis ecclesiasticisque personis certas pecuniarum summas exigat, papae injussu, praetextu guerrarum contra Spoletanos et Assisinates Ecclesiae Romanae rebelles, episcopoque Perusino mandat ut inter- 1331. *Avignon*, novembr. 2.

dictum suspendatur, quandoque pecuniae restitutae fuerint. (—. Arch. com. n° 101; — Reg. e Doc. p. 505).

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino* etc. Nostri apostolatus auditui. — Dat. Avinione IV nonas novembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica, a dextera: *Gaucelinus Martini*; — in plica a sinistra: *Vitalis*: *C*(*taxe*).

1331. *Avignon*, novembr. 2. LXXXVII. Perusinae civitatis ambassiatores videlicet Alexandrum episcopum Nucerinum, Jacobum abbatem monasterii Sancti Benedicti de Subasio Contolumque Raynerii burgensem, benigne recepit votaque eorum se exaudivisse nuntiat. (—. Arch. com. n° 86).

Johannes etc. — *Dilectis filiis, populo et communi Perusinis sal.* Dudum venerabilis frater. — Dat. Avinione, IV nonas novembris p. n. anno sexto decimo.

A dextera: *Gauc*[*elinus*] *Mart*[*ini*].

1331. *Avignon*, novembr. 16. LXXXVIII. Infrascriptis gratias agit quod Hugolinum Trinciae et Corradum Nalli de Fulgineo necnon Fulgineos, Assisinates Eugubinosque debellaverant, qui rectoris imperium contempserant. (—. Arch. com. n° 95; — Reg. e Doc. p. 505).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Letanter audivimus filii. — Dat. Avinione XVI Kalendas decembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextra: *P. de Rivo*.

1331. *Avignon*, novembr. 16. LXXXIX. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod Ecclesiae Romanae praestiterant contra Hugolinum et Corradum Trinciae de Fulgineo aliosque rebelles. (—. Arch. com. n° 103; — Reg. e Doc. p. 505, sed cum falsa data).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino sal.* etc. Letanter audivimus filii. — Dat. Avinione XVI Kalendas decembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini*.

1331. *Avignon*, decembr. 13. XC. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod Johanni de Amelio ducatus Spoletani rectori praestiterant. (—. Arch. com. n° 96).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Licet grata relatione. — Dat. Avinione Idibus decembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *L. Verul*[*anus*].

XCI. Dolet quod inter Perusinos cives praevaleat discordia, eosque obsecrat ut, mediante apostolico nuncio, dissensiones omnes sedent. (—. Arch. com. n° 87; — Reg. e Doc. p. 506, cum falsa data). 1332. *Avignon*, jan. 4.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Displicibilis ad modum nuper. — Dat. Avinione II nonas januarii, p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *B. de Vidalho.*

XCII. Ducatus Spoletani rectori mandat ut communi Nursiae idoneum « potestatem » pro sex mensibus concedat ac eum in dicta civitate collocet. (—. Arch. com. n° 88). 1332. *Avignon*, febr. 5.

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Forojuliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum dilecti filii commune. — Dat. Avinione nonis februarii anno sexto decimo.

Super plica a dextera: De Curia: *G. de Valle*; — a tergo: *vicesima sexta.*

XCIII. Perusinos rogat ut Clusinum episcopum non molestent eumque in pacificam ecclesiae Clusinae possessionem inducant. (—. Arch. com. n° 89); — Reg. e Doc. p. 506). 1332. *Avignon*, jul. 13.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. — Cum venerabilis frater. — Dat. Avinione III Idus julii p. n. anno sextodecimo.

Super plica a dextera: *L. Verulan.*

XCIV. Perusinis commendat Petrum de Castaneto archidiaconum Belvacensem vicerectorem ducatus Spoletani, quamdiu rector Avinione morabitur. (—. Arch. com. n° 91; — Reg. e Doc. p. 506). 1332. *Avignon*, septembr. 8.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Cum nos volentes quod. — Dat. Avinione VI Idus septembris p. n. anno septimo decimo.

XCV. De auxilio quod Ecclesiae Romanae tulerant ad Ameliae castellum recuperandum, Perusinis maximas gratias agit, eosque hortatur ut rectori thesaurarioque Patrimonii Beati Petri in Tuscia auxilium ferre perseverent. (—. Arch. com. n° 92); — Reg. e Doc. p. 506. Edidit A. Fumi, ut supra, pag. 235). 1332. *Avignon*, septembr. 26.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Sincerum devotionis affectum. — Dat. Avinione VI Kalendas octobris anno septimo decimo.

1332. *Avignon*, decembr. 17. XCVI. Perusinos hortatur ut pacem cum Urbevetanis componant, et civitatem Clusinam non aggrediantur, ne discordia exoriatur. (—. Arch. com. n° 97); — Reg. e Doc. p. 506),

Johannes. etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Displicenter accepimus hiis. — Dat. Avinione XVI Kalendas januarii anno septimo decimo.
Super plica: *A. Ver.*

1333. *Avignon*, novembr. 10. XCVII. Perusinos rogat ut rectorem ducatus Spoletani adjuvent ne civitates ejusdem ducatus injuste occupentur. (—. Arch. com. n° 102); — Reg. e Doc. p. 506).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. — Cum de vestro filii. — Dat. Avinione IV Idus novembris p. n. anno decimo octavo.
Super plica a dextera: De Curia: *B. de Vidalho.*

1333. *Avignon*. decembr. 7. XCVIII. Eos rogat ut cum Urbevetanis pugnare desistant, civitatem Clusinam aliaque castra nedum occupent. (—. Arch. com. n° 97bis; — Reg. e Doc. p. 507).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino.* Perlato dudum ad nostri. — Dat. Avinione VII Idus decembris p. n. anno octavo decimo.
Super plica a dextera: *L. Ver*[*ulanus*].

1334. *Avignon*, mart. 14. XCIX. Perusinos rogat ut Petrum de Castaneto Belvacensem archidiaconum ducatusque Spoletani rectorem adjuvent contra Corradum Nallii de Trinciis de Fulgineo Ecclesiae romanae rebellem qui horrendos excessus prope Bevagnam commiserat. (—. Arch. com. n° 98); — Reg. e Doc. p. 507. Editit A. Fumi, ut supra, pag. 145).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Nefanda horrendorum excessuum. — Dat. Avinione II Idus marcii p. n. anno octavo decimo.

1334. *Avignon*, aug. 18. C. Eos rogat ut Johanni Reginaldo Spoletani ducatus thesaurario, 7000 florenos solvant quos a fratribus Sancti Dominici de Perusio receperant ex bonis Petri quondam Spoletani episcopi. (—. Arch. com. n° 99).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino.* — Relatione percepimus fidedigna. — Dat. Avinione XV Kalendas septembris p. n. anno octavo decimo.
In plica a sinistra: *A. de Lavat.*

CI. Perusinis commendat magistrum Bernardinum Piano secretarium ecclesiae Magalonensis Anconitanae Marchiae rectorem. (—. Arch. com. n° 103bis); — Reg. e Doc. p. 507). 1334. *Avignon*, novembr. 22.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dat. Avinione X Kalendas decembris p. n. anno decimo nono.

BENEDICTUS XII.

CII. Infrascriptis notificat suam assumptionem ad Pontificatum. (—. Arch. com. n° 106; — Reg. e Doc. p. 507). 1335. *Avignon*, jan. 9.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus et consilio ac communi civitatis Perusine et Ecclesie Romane fidelibus* Altitudo celestis consilii. — Dat. Avinione V Idus januarii p. n. anno primo.

In plica: *B. de Spello;* — a tergo: *R. I.*

CIII. Perusinis notificat suam assumptionem eosque certiores facit se Assisinatensi episcopo Bartholomeoque de Brixia nunciis suis quaedam ad statum Perusinae civitatis pertinentia, commisisse. (—. Arch. com. n° 104; — Reg. e Doc. p. 507). 1335. *Avignon*, novembr. 17.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis nobilibus viris prioribus artium* etc. — Dat. Avinione XV Kalendas decembris anno primo.

In plica: *N. de Brayo.*

CIV. Perusinis commendat Canhardum de Sabalhano canonicum Rivensem, Anconitanae Marchiae rectorem. (—. Arch. com. n° 105; — Reg. e Doc. p. 507). 1335. *Avignon*, novembr. 25.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dilectum filium Canhardum. — Dat. Avinione VII Kalendas decembris anno primo.

In plica a dextera: *A. Fabri.*

CV. Perusinos certiores facit se Mastino de la Scala scripsisse et mandavisse ne dominis de Petramala Aretinae dioecesis contra Perusinam civitatem auxilium darent. (—. Arch. com. n° 107; hoc documentum publicatur ex toto in: Reg. e Doc. p. 508). 1336. *Avignon*, april. 22.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Habet Sancta Mater. — Dat Avinione X Kalendas maii anno secundo.

In plica: *A de Lavat.* (sic).

1336. *Avignon*, novembr. 6. CVI. Infrascripto rectori mandat ut Perusinos adjuvet qui milites miserant ad Ecclesiae rebelles subjugandos. (—. Arch. com. n° 109).

Benedictus etc. — *Dilecto filio magistro Ramundo de Poioliis archidiacono Petragoricensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum sicut accepimus. — Dat. Avinione VIII Idus novembris p. n. anno secundo.

In plica: *P. Vill.*

1336. *Avignon*, novembr. 6. CVII. Infrascripto rectori mandat ut Perusinos adjuvet qui milites miserant ad terras Ecclesiae Romanae in hac provincia recuperandas. (Arch. com. n° 108; — Reg. e Doc. p. 508).

Benedictus etc. — *Dilecto filio Canhardo de Sabalhano canonico Rivensi Marchie Anconitane rectori* etc. Cum sicut accepimus. — Dat. Avinione VIII Idus novembris p. n. anno secundo.

In plica: *P. Vill[aris?]*.

1337. *Avignon*, mart. 10. CVIII. Perusinis, ut rectori Marchiae Anconitanae in recuperandis civitate Galli, castro Mercatelli et aliis quibusdam locis a Petro Sacconis de Petramala indebite occupatis assistant. (—. Arch. com. n° 111; — Arch. Vat. Secr. anno III n°. XLIII; — edidit Theiner *Codex diplom.* etc. II n° XXXV p. 18).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Sic illam sincere devotionis. — Dat. Avinione VI Idus martii p. n. anno tertio.

In plica: *A. Fabri.*

1337. *Avignon*, jul. 7. CIX. Cum in ducatu Spoletano nonnulli Perusinae civitatis officiales, Ecclesiae Romanae subditos molestavissent, infrascriptos rogat ut a talibus vexationibus vel excessibus se abstineant. (—. Arch. com. n° 110; Reg. e Doc. p. 509).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Super tollendis et reprimendis. — Dat. Avinione nonis julii anno tertio.

1337. *Avignon*, aug. 30. CX. Notificat infrascriptis pacem firmatam per triennium inter « Orsini » et « Colonna » nobiles romanos, rogatque eos ne ulli horum nobilium assistere velint. (—. Arch. com. n° 113; — Reg. e Doc. p. 510).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis nobilibus viris, capitaneo et communi civitatis Perusine* etc. Etsi pacificum Statum. — Dat. Avinione III Kalendas septembris p. n. anno tertio.

In plica: *A. de Lavat.*

CXI. Perusinis gratias agit de militibus quos Anconitanae Marchiae rectori miserant ad defendendas terras Ecclesiae Romanae contra rebelles. (Arch. com. n° 115; — Reg. e Doc. p. 514. 1338. *Avignon*, mart. 15.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Licet devotionis et fidei. — Dat. Avinione Idibus martii anno quarto.

Super plica: *A. Fabri.*

CXII. Infrascriptos rogat ne auxilium nobilibus vel populo romanis praestent, quo melius pax et concordia stabiliantur. (—. Arch. com. n° 116; — Reg. e Doc. p. 515). 1338. *Avignon*, april 13.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Inter solicitudinis nostre curas. — Dat. Avinione Idibus aprilis p. n. anno quarto.

Super plica: *R. de Cur*[*ia*] *Man. Par.* (sic).

CXIII. Cum papa quasdam litteras et scripturas Ecclesiam Romanam tangentes tunc in thesauro Ecclesiae Assisinatensis existentes, Avinionem deferri jussisset, mandat Azaiolorum mercatorum florentinorum factoribus ut istae litterae non aperiantur, quando per eorum provincias transierint. (—. Arch. com. n° 117; — Reg. e Doc. p. 515. (Data falsa). 1338. *Avignon*, octobr. 31.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis prioribus consilio et communi civitatis Perusine nostris et Ecclesie Romane devotis* etc. Cum de thesauro ecclesie. — Dat. Avinione II Kalendas novembris anno quarto.

Super plica: *B. de Spello;* — a tergo: *pro thesauro Ecclesie libere transeundo.*

CXIV. Cum omnes ecclesias vacantes papa sibi reservaverit, post mortem Hugolini Vivi episcopi, in episcopum Perusinum eligit Franciscum Gratianum Ecclesiae Perusinae archipresbiterum, mandatque ut omnes ei pareant et intendant. (—. Arch. com. n° 118. — Arch. Vat. Comm. et De Curia anno V Reg. 127 ep; n° CXIX folio 102 b). Sed non invenitur in Reg. Aven. 53 (VI) anno V. 1339. *Avignon*, februar. 17.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Perusinarum* etc. Sedula nos pastoralis. — Dat. Avinione XIII Kalendas martii anno quinto.

In plica a dextera: *P. de Fas*; — a sinistra: *P. Mar*[] *XXII* (*tassa*); — a tergo: *Thomas de Mevano R. W.*

1339. *Avignon*, april. 21. CXV. Eis commendat Johannem de Riparia, priorem domorum Urbis et Pisarum ordinis S. Johannis Ierosolimitani, rectorem Anconitanae Marchiae recenter nominatum. (—. Arch. com. n° 119; — Reg. e Doc. n° 118).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino s. et a. b.* Cupientes Anconitanam Marchiam. — Dat. Avinione XI Kalendas maij pont. nostri anno quinto.

1339. *Avignon*, april. 28. CXVI. Cum papa jam pluries laboravisset ad pacem et concordiam inter nobiles Romanos populumque Urbis stabiliendas, Perusinos hortatur ne uni ex duobus partibus inimicis auxilium vel adjutorium afferre velint, quo pax optata melius ac facilius restauretur. (—. Arch. com. n° 120).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine.* Quanta et quam detestanda. — Dat. Avinione IV Kalendas maii pont. nostri anno quinto.

Super plica a dextera: De Curia: *A de Lavata.*

1339. *Avignon*, mai. 21. CXVII. Infrascriptos hortatur ut omne consilium auxiliumque praebeant magistro Johanni de Amelio, archidiacono Forojuliensi, qui nuncius mittitur ad pacem inter cives Spoletanos reformandam. (—. Arch. com. n° 121; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis comuni Perusino.* — Dat. Avinione XII Kalendas junii p. n. anno quinto.

Super plica: *Gasbertus.*

1339. *Avignon*, novembr. 5. CXVIII. Communi Perusino magistrum Guidonem de Sancto Germano, praepositum ecclesiae Aniciensis, rectorem Patrimonii beati Petri in Tuscia commendat. (—. Arch. com. n° 122; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine.* — Dat. Avinione nonis novembris p. n. anno quinto.

Super plica a dextera: *A. Fabri.*

1339. *Avignon*, novembr. 28. CXIX. Cum Mutius Francisci de Assisio qui furtum commiserat et thesaurum in conventu Beati Francisci de Assisio depositum dilapidaverat, Perusium fugisset, Benedictus papa XII communi

mandat ut dictum Mutium capiat et magistro Johanni de Amelio tradere velit. (—. Arch. com. n° 123; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino.* — Dat. Avinione IV Kalendas decembris p. n. anno quinto.

Super plica: *R. Marcelenchis.*

CXX. Perusinos hortatur ut Johanni de Riparia priori domorum Urbis et Pisarum Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Anconitanae Marchiae rectori auxilium praebere non postponant et eis de fidelitate maximas gratias agit. (—. Arch. com. n° 124; — Reg. e Doc. p. 521). 1340. *Avignon*, mart 18.

Benedictus et. — *Dilecto filio consilio et communi civitatis Perusine salutem.* — Dat. Avinione XV Kalendas aprilis p. n. anno sexto.

Super plica: *R. Marcelenchis.*

CXXI. Perusinos rogat ut auxiliis oportunis Urbinatenses adjuvent contra Malatestam et Galiottum de Malatestis qui proditoriis et temerariis ausibus ad occupationem civitatis Urbinatis laboraverant. (—. Arch. com. n° 126. Publicatur ex toto in: Reg. e Doc. p. 522). 1340. *Avignon*, jul. 12.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine.* Intelleximus noviter quod. — Dat. Avinione IV Idus julii anno sexto.

Super plica: *A. Fabri.* — Sub filis cannabaceis.

CXXII. Eos rogat ut auxiliis adjuvent Raymbaldum de Montebrione praeceptorem domus de Montebello ordinis S. Johannis Jerosolimitani Aretinae dioecesis ducatus Spoletani rectorem. (—. Arch. com. n° 127. 1340. *Avignon*, septembr. 5.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis comuni Perusino.* — Dat. Avinione nonis septembris p. n. anno sexto.

A. Fabri. — Sub filis cannabaceis.

CXXIII. Cum Johannes XXII per speciale mandatum decrevisset quod Perusini ad tempus sex mensium civem perusinum in potestatem seu rectorem civitatis Spoletanae assumere possent, Baglonusque de Baglonibus terram Spelli ducatus Spoletani violenter occupavisset, Benedictus XII infrascriptis mandat ut eamdem terram nomine Ecclesiae romanae rectori ducatus Spoletani restituant, Spel- 1341 *Avignon*, 23 decembr.

lamisque de damnis illatis satisfaciant. (—. Arch. com. n°. 129; — Haec bulla invenitur in Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. anno VII ep. n° 235. Publicatur ex toto in Theiner: Codex dominii temporalis Sanctae Sedis II n° CXXVII p. 105; — et in Reg. e Doc. (data falsa) p. 522-523).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis potestati, capitaneo prioribus artium consilio et communi civitatis Parusine.* Intelleximus quod olim. — Dat. Avinione X Kalendas januarii p. n. anno septimo.

CLEMENS VI.

1342. *Villeneuve-les-Avignon*, aug. 10. CXXV. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod praestiterant Raymbaldo de Montebriono rectori ducatus Spoletani ad repellendos praesumptuosos excessus quos Petrus Celli de Spoleto, turbando statum pacificum civitatis Spoletanæ committere moliebatur. (—. Arch. com. n° 132); — Reg. e Doc. p. 524). Deest in Archivio Vaticano registrum litterarum secretarum primi anni.

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis comuni Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Placibilibus admodum relatibus intellecto, quod vos, qui offensas et injurias Ecclesie Romane equanimiter sustinere nequaquam consuevistis hactenus, pridem ad repellendos presumptuosos excessus quos Petrus Celli de Spoleto turbando statum civitatis Spoletane pacificum moliebatur committere, viriliter insurgentes, dilecto filio Raymbaldo de Montebriono preceptori domus de Montebello Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Aretine diocesis rectori ducatus Spoletani et aliis nostris et ejusdem ecclesie fidelibus sic viriliter super hiis astitistis, quod, remanente illeso dicte civitatis statu pacifico, dictus Petrus exinde cum sua ignominia fuit expulsus; nos devotionem vestram super hiis multipliciter in domino cum gratiarum actionibus commendantes, universitatem vestram rogamus et hortamur attentius quatinus prefato rectori super hiis que pro utiliori regimine dicti ducatus sibi oportuna fuerint, more solito, sicut vos requirendos duxerit, assistatis. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis IIII Idus augusti pontificatus nostri anno primo.

1342. *Villeneuve-les-Avignon*, septembr. 1. CXXVI. Perusinos rogat ut ferventer adjuvare velint Johannem de Riparia, priorem domorum Urbis et Pisarum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani rectorem Marchiae Anconitanae, super hiis que ad defensionem jurium Ecclesiae Romanae pertinent. (—. Arch. com. n° 133).

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis communi Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Tanto confidencius vos super hiis,

que nos et Ecclesiam Roman contingunt, requirimus, quanto vos ex fervore devotionis et fidei, quibus erga ipsam prefulgetis, ecclesiam reperire confidimus magis promptos. Ideoque sinceritatem vestram requirimus et rogamus quatenus si dilectus filius Johannes de Riparia prior domorum Urbis et Pisarum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani rector Marchie Anconitane super hiis que defensionem jurium et honorum nostrorum et ecclesie predicte in eadem Marchia, et repressionem invasorum et occupatorum hujusmodi jurium et honorum concernent, duxerit requirendos, eidem pro nostra et Apostolice Sedis reverentia sic potencialiter assistere velitis et prompte quod hujusmodi vestra devotio, exhibitione operis semper patens potioribus attolli mereatur commendationis titulis et apud nos et Sedem eandem vobis locum majoris favoris et gratie vendicet non indigne. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis Kalendis septembris pontificatus nostri anno primo.

CXXVII. Miratur quod Perusini in civitate Spoletana, Ecclesiae Romanae immediate subjecta, roccam seu fortalicium in præjudicium construere inceperunt, eosque rogat ut super dicta rocca nequaquam ulterius procedant, ac pacis reformationem promoveant inter Intrinsecos et Extrinsecos dictae civitatis. (—. Arch. com. n° 134; — Reg. e Doc. p. 524). Ex Arch. Vat. (Reg. 137 n° CCCXLVII f° 106[a] anno secundo in Theiner op. cit. II n° CXXXI p. 119, publicatur quaedam bulla praedictum negocium tangens. 1342. *Avignon*, novembr. 18.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis communi Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Non sine grandis admirationis materia percepimus hiis diebus quod vos in civitate nostra Spoletana nobis et Ecclesie Romane, sicut nostis, immediate subjecta, rocham seu fortalicium construere incepistis; cum autem id in nostrum et ejusdem ecclesie non solum vituperium, sed manifestum prejudicium redundare noscatur, universitatem vestram rogamus requirimus et hortamur quatinus vos qui, nedum ab injuriis ejusdem ecclesie abstinere, quin potius adversus injuriantes eidem insurgere consuevistis, ab injuria predicta resilientes omnino, super dicto edificio nequaquam ulterius procedatis, nec permittatis procedi, sed faciatis potius quod edificatum extiterit demoliri. Ceterum, cum pacem concordiam et unitatem inter intrinsecos et extrinsecos civitatis predicte reformari, ad vitandum exidium, quod eidem civitati comminatur ipsorum intestina dissensio, cupiamus, et super hoc eisdem nostras destinemus litteras oportunas, precibus et exhortationibus nostris adicimus ut super eadem reformatione nullum impedimentum, quod nobis displicibile redderetur per vos vel vestros prestetur quomodolibet, sed potius quantum in vobis fuerit, reformationem promoveatis eandem, vos taliter super hiis habituri quod fama vestra celebris nullatenus ledatur propter talia sed apud nos et Sedem Apostolicam cum oppinione quam obtinemus de sinceritate devotionis vestre remaneat semper clara. — Dat. Avinione XIIII Kalendas decembris pontificatus nostri anno primo.

1343. *Avignon*, jan. 13. CXXVIII. Clemens VI Perusinis notificat Florentinos aliasque Tuscie communitates Galteri ducis Athenarum gubernationi et dominio se subjecisse, eosque rogat ut dictæ confoederationi faveant. (—. Arch. com. n° 130; — publicatur ex toto: Reg. e Doc. p. 532).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus communi et populo civitatis Perusine S. et ap. ben.* Cum unitatis et caritatis. — Dat. Avinione, idibus januarii p. n. anno primo.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*, jul. 15. CXXIX. Omnibus vere pœnitentibus qui cathedralem ecclesiam Perusinam visitaverint vel ad ejus constructionem participaverint, trium annorum indulgentiam concedit. (—. Arch. com. n° 135. — Reg. e Doc. p. 533).

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Ecclesiarum fabricis manum. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Super plica a dextra: *R. Boer*; — a sinistra: $\frac{\text{V}}{\text{X}}$ *M. Paschalis*: — a tergo: *Restituantur Laurentio Therrii procuratori.* — Sub laqueis sericis.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*, jul. 15. CXXX. Supplicationibus Perusinorum annuens, Clemens VI gratiam concessam per Johannem XXII ad decem annos confirmat, videlicet ut omnes in Studio Perusino studentes, de beneficiorum fructibus integre et libere frui queant. (—. Arch. com. n° 136).

Clemens etc. — *Venerabili fratri episcopo Coronensi et dilectis filiis Sancti Petri prope Perusium et Sancte Marie Vallispontis Perusine diocesis monasteriorum abbatibus.* Singularis devotionis affectus. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis Idibus julii anno secundo.

Super plica a dextera: *A. de Adua*; — in plica a sinistra: *M. Paschalis LII*; — a tergo: *Restituantur domino fratri Ysaach abbati Paduano.*

1343. *Villeneuve-les-Avignon*, jul. 15. CXXXI. Similis indulgentia pro clericis residentibus in Studio Perusino. (—. Arch. com. n° 137; — Reg. e Doc. p. 533).

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi et populo Perusinis.* Singularis devotionis affectus. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Similes mentiones, cum laqueis sericis.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*, jul. 15. CXXXII. Petitionibus Perusinae civitatis regiminum annuens concedit ut vicarius, vacante episcopatu vel episcopo absente

seu alias impedito, doctoralem lauream in qualibet facultate dare et conferre possit. (—. Arch. com. n° 139).

Clemens etc. — *Ad perpetuam rei memoriam.* Recenti memorie jugiter. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Super plica: *N. de Anagnia;* — in plica: *M. Paschalis L.*; — a tergo: *Restituatur Laurentio Therii procuratori.* Sub laqueis sericis.

CXXXIII. Infrascriptis notificat benigne audivisse Andream episcopum Coronensem, Odonem abbatem monasterii de Farneto, Andream de Monteubiano, Hugoninum Polloli juris civilis professorem, Johannem Colle, Cellolum Lelli, Pollinum Tribaldi ac quondam Johannem de Montesprello militem ambassiatores ad se missos. (—. Arch. com. n° 138; — Arch. Vatican. Litt. Secr. Cl. VI anno II Reg. 137 n° CCCXLIX f° 107ª). 1343. *Villeneuve-lcs-Avignon.* 19 septembr.

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine.* Pridem ad nostram. — Dat. apud Villamnovam Avinionensis diocesis XIII Kalendas octobris p. n. anno secundo. Sub filis cannabaceis.

CXXXIV. Omnibus vere poenitentibus qui ad construendam Ecclesiam cathedralem Sancti Laurentii in Perusio contribuent indulgentias concedit. (—. Arch. com. n° 145). 1345. *Avignon,* aug. 8.

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis* etc. Ecclesiarum fabricis manum. — Dat. Avinione VI Idus augusti anno quarto.

Super plica: *Jo*[*hannes*] *Courtoys*; — a sinistra: *Rigaldus X*; — a tergo: *Simon de Bulgaro. R*[*egistrata*]. — Sub laqueis sericis.

CXXXV. Infrascriptos rogat ut favorabiliter et benigne recipiant Johannem de Amelio archidiaconum Forojuliensem clericum camerae quem ad dictam civitatem coeterasque partes Italiae pro diversis negociis expediendis mittit. (—. Arch. com. n° 140; — Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. 139 n° 835). — 1346. *Avig on.* jan. 23.

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi et populo civitatis Perusine salutem et A. ben.* Cum nos dilecto. — Dat. Avinione X Kalendas februarii p. n. anno quarto.

Super plica: *P. Stephani.* — Sub filis cannabaceis.

CXXXVI. Infrascriptis narrat persecutiones habitas a Turchis contra Christianos specialiter in Romania, et cum Humbertus 1345. *Avignon,* jul. 18.

dalphinus Viennensis, dux Venetorum, rex Cipri et alii quamplurimi expeditioni faveant, infrascriptos rogat ut stipendiis et hominibus auxilium praebere velint. (—. Arch. com. n° 141; — Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. 139 n° CXXXV); — Reg. e Doc. p. 533.

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine s. et a b.* Sicut dudum vobis scripsisse. — Dat. Avinione XV Kalendas augusti p. n. anno quarto. Sub filii cannabaceis.

1346. *Avignon*, aug. 10. CXXXVII. Perusinos rogat ut Bertrando tituli Sancti Marci cardinali, Sedis Apostolice legato fidem credulam adhibeant. (—. Arch. com. n° 146; — Arch. Vat. Reg. 140 n° CCCL et CCCLXIX, f° 84ª) — (1).

Clemens etc. — *Dilectis filiis Comuni et Universitati civitatis Perusine* etc. Cum dilectis filiis. — Dat. Avinione IV Idus augusti anno quinto. Super plica: *S. de Foresta.*

1346. *Avignon*, aug. 13. CXXXVIII. Clemens VI causam vertentem inter nonnullas personas ecclesiasticas Perusinae dioecesis infrascriptis committit. (—. Arch. com. n° 147).

Clemens etc. — *Venerabili fratri episcopo Balneoregensi et dilectis filiis Magistro Francisco de Filiis Ursi thesaurario ecclesie Eboracensis notario nostro ac abbati monasterii Sancti Severi Urbevetani salutem* etc. Dudum proposito in Consistorio coram. — Dat. Avinione Idibus augusti anno quinto.

1346. *Avignon*, aug. 22. CXXXIX. Bernardum episcopum Viterbiensem rectorem Patrimonii Beati Petri in Tuscia, Perusinis commendat. (—. Arch. com. n° 148; — Arch. Vat. Reg. 140 n° CCCCXXXI.

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Licet alias vobis qui. — Dat. Avinione XI Kalendas septembris anno quinto. Super plica: *P. Stephani.*

(1) In eodem modo scriptum est, Johannae reginae Siciliae, Catherinae imperatrici Constantinopolitanae, Roberto principi Tarentino, Carolo duci Duracii, Ludovico de Tarento, Philippo de Tarento, Ludovico de Duratio, comiti Sancti Severini, comiti Mileti, Roberto de Sancto Severino comitatus Coriliani domino, Bertrando de Baucio comiti Montiscaveosi, Raymundo et Amelio de Baucio, comiti Ariani, Universitati civitatis Neapolitane, senatoribus Romae, Opizoni, Marchioni Estensi, Stephano de Columpna, Raynaldo et Jordano de Filiis Ursi, civitatibus Bononiensi, Florentinae, Senensi.

CXL. Perusinos rogat, ut operam dent ut Cecchinus Vencioli civis Perusinus bona quaedam dimittat quae Urbevetanae Ecclesiae abstulerat. (—. Arch. com. n° 142; — Arch. Vat. Reg. 140 n° 509 f° 119ª). 1346. *Avignon*, septembr. 16

Clemens etc. — *Dilectis filiis comuni civitatis Perusine* etc. Gravis querela venerabilis. — Dat. Avinione XVI Kalendas octobris p n. anno quinto.

Super plica: — *Vitalis.* — Sub filis cannabaceis.

CXLI. Perusinos rogat ut Bernardo episcopo Viterbiensi rectori Patrimonii Beati Petri in Tuscia contra Ecclesiae rebelles auxilium praestent. (—. Arch. com. n° 143. Haec bulla in Secretis Clementis VI non invenitur. — Reg. e Doc. p. 533). 1346. *Avignon*, octobr. 11.

Clemens etc. — *Dilectis filiis comuni civitatis Perusine* etc. Cum sicut relatu. — Dat. Avinione V Idus octobris anno quinto. — Sub filis cannabaceis.

CXLII. Cum terrae ad Johannam reginam Siciliae pertinentes a multis occuparentur, Clemens VI Perusinos rogat ne occulte vel palam dictae reginae inimicis auxilium praestare velint. (—. Arch. com. n° 149; — Arch. Vat. Reg. 141 n° DC; — Reg. e Doc. p. 534). 1347. *Avignon*, octobr. 23.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine*, etc. Quamvis adversus eos. — Dat. Avinione X Kalendas novembris p. n. anno sexto.

Super plica: *B. de Marchia*; — a tergo: *Toscana.*

CXLIII. Perusinos rogat ut Astorgium de Duroforti militem Lemovicensis diocesis nepotem papae adjuvare velint. (—. Arch. com. n° 150; — Reg. e Doc. p. 534). — Similis bulla pluribus aliis mittitur, sed non Perusinis in Arch. Vat. Reg. 141 n° DCCCCLII-DCCCCLXIII. 1347. *Avignon*, decembr. 23

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione X Kalendas januarii p. n. anno sexto.

Super plica: *A. de Bico.* = a tergo: *Littera pro comite* (sic) *Romandiole.* Sub filis cannabaceis.

CXLIV. Perusinis indulgentias in mortis articulo concedit. (—. Arch. com. n° 144). 1348. *Avignon*, maii 16.

Clemens etc. — *Dilectis filiis universis personis ecclesiasticis et secularibus utriusque sexus civitatis et diocesis ac districtus Perusinorum* etc.

Provenit ex vestre devotionis. — Dat. Avinione XVII Kalendas junii anno sexto.

Super plica: *Jo[hannes] de Aretio*; — in plica: *G. Andree CC.* — Sub laqueis sericis.

1348. *Avignon*, maii 20. CXLV. Clemens VI, tempore mortalitatis, centum dierum indulgentias concedit omnibus qui infirmos visitabunt mortuosque sepelient. (—. Arch. com. n° 153).

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras impecturis.* Licet is de cujus. — Dat. Avinione XIII Kalendas junii p. n. anno septimo,

Super plica: *Transmontanus*; — in plica a sinistra: *G. Andree X.*

1348 *Avignon*, aug. 17. CXLVI. Infrascriptos rogat ut Luce Auximano episcopo et Philippo Coronensi electo, Sedis Apostolicae nunciis fidem credulam adhibeant. (—. Arch. com. n. 156) [1]).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum venerabili fratri nostro. — Dat. Avinione XVI Kalendas septembris p. n. anno septimo.

Super plica: *Ja[cobus] Mediolanensis.*

1349. *Avignon*, mart. 1. CXLVII. Clemens VI Perusinis commendat Johannem Scafredi, Sancti Flori dioecesis, ducatus Spoletani rectorem. (—. Arch. com. n° 152; — Arch. Vat. Litt. Secr. Cl. VI. Reg. 142 n° DCCLXXX folio 161[a]) [2]).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione Kalendis martii, p. n. anno septimo.

In plica: *Transmontanus.* — Sub filis cannabaceis.

1349. *Avignon*, maii. 29. CXLVIII. Perusinos rogat ut mandent Masseucio Salvoli potestati pro eisdem in civitate Clusina ut Johannem de Montefalcone et Angelucium Raynerii Ordinis Heremitarum Sancti Augustini per eum carceribus mancipatos, qui octo milia florenorum de

[1]) Hac Bulla in registris Litterarum Secretarum in Vaticano asservatis deest.

[2]) Simili modo scriptum fuit Anibaldo episcopo Tusculano. A. Sedis legato, Riambaldo de Montebrione praeceptori, consiliis et communi Senensibus et Florentinis.

bonis Bartholomei episcopi Spoletani S. A. reservati furtive ceperant, compellat ad solvendos dictos florenos Berengario Blasini thesaurario Patrimonii B. Petri in Tuscia. (—. Arch. com. n° 164; — Arch. Vat. Reg. 143 folio 17 recto).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum pridem dilecto etc. — Dat. Avinione IV Kalendas junii p. n. octavo.

Super plica: *Jo[hannes] de Angicuria.*

CXLIX. Infrascriptos rogat ut Johannem episcopum Spoletanum familiarem papae adjuvare velint. (—. Arch. com. n° 160; — Arch. Vat. Reg. 143 a° VIII folio 139ª). 1350. *Avignon*, febr. 13.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Venerabilem fratrem Johannem. — Dat. Avinione Idibus februarii anno octavo.

In plica: *Jo. Morelli.*

CL. Infrascriptos rogat ut Johannam Siciliae reginam Ludovicumque de Tarento adjuvent. (—. Arch. com. n° 161 — Arch. Vat. Reg. 143 f° 152ª, Publicatur ex toto in Reg. e Doc. p. 534) [1]. 1350. *Avignon*, febr. 18.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Considerantes quanta prout accepimus. — Dat. Avinione XII Kalendas martii anno octavo.

In plica: *Transmontanus.*

CLI. Infrascriptos rogat ut Astorgio de Duroforti rectori Romandiole auxilium praestent ad civitatem Faventinam recuperandam, a Johanne et Guillelmo Spuri natis quondam Ricciardi de Manfredis injuste occupatam. (—. Arch. com. n° 162; — Arch. Vat. Reg. 143 f° 176ª). Similis bulla missa fuit Andree Dandulo duci Venetiarum, Comunibus Florentino, Pisano, Senensi, Aretino, Obizoni marchioni Estensi, Mastinoque della Scala. Pubblicatur ex toto in Reg. e Doc. p. 535). 1350. *Avignon*, mart. 29.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Ad vestram jam credimus. — Dat. Avinione IV Kalendas aprilis anno octavo.

In plica: *Calcedonius.*

[1]) Secundum Reg. Vatic., simili modo scriptum fuit communibus Florentino et Senensi, atque Jacobo et Johanni de Pepulis militibus Bononiensibus

1350. *Avignon*, mart. 31. CLII. Clemens VI infrascriptos rogat ut ab aedificatione cujusdam castri, quod in terra Gualdi Nucerinae dioecesis ad Ecclesiam Romanam spectante edificare inceperant, penitus desistant. (—. Arch. com. n° 163 ; — Reg. e Doc. p. 535).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Sincere devotionis affectum. — Dat. Avinione II Kalendas aprilis anno octavo.

In plica: *M. Paschalis.*

INNOCENTIUS VI.

1355. *Avignon*, jan. 21. CLIII. Dolet quod Perusini sensum cujusdam litterae Philippo episcopo Ferrariensi missae falso intellexerint; declarat a se tale propositum nunquam conceptum fuisse, nec civitatem, nunc liberam, in servitutem redigere voluisse, immo operam dat ut privilegia dictae civitatis augeantur. (—. Arch. com. n° 170; — Reg. e Doc. p. 539).

Innocentius etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine.* Audivimus quod pretextu. — Dat. Avinione XII Kalendas februarii, p. n. anno tertio.

Transmontanus.

1353. *Avignon*, februar. 12. CLIV. Innocentius VI, infrascripto indulget ut omnibus litteris praedecessoribus suis concessis uti possit. (—. Arch. com. n° 167).

Innocentius etc. — *Dilecto filio Petro Costuti priori Sancte Marie de Spello Spoletane diocesis ducatus Spoletani pro nobis et ecclesia Romana thesaurario.* Ut commissum tibi officium. — Dat. Avinione II Idus februarii anno primo.

De Curia: *Jo[hannes] de Sancto Martino.*

1353. *Avignon*, februar. 22. CLV. Innocentius VI infrascripto indulget ut possit recipere omnia legata in ducatu Spoletano a personis ecclesiasticis seu secularibus aut laicis in favorem Ecclesiae Romanae facta. (—. Arch. com. n° 168).

Innocentius etc. *Dilecto filio Petro Costuti* etc. Cum sicut intelleximus nonnulli. — Dat. Avinione VIII Kalendas martii anno primo.

De Curia: *P. de Velletro.* — Sub filis cannabaceis.

CLVI. Infrascriptum rogat ut per censuram ecclesiasticam procedat contra eos qui census Ecclesiae Romanae debitos solvere recusant. (—. Arch. com. n° 169). 1353. *Avignon*, februar. 24.

Innocentius etc. — *Dilecto filio Petro Costituti priori secularis ecclesie Sancte Marie de Spello Spoletane dioecesis thesaurario ducatus Spoletani pro nobis* etc. Ut obventiones redditus et proventus. — Dat. Avinione VI Kalendas martii p. n. anno primo.

De Curia: *Jo[hannes] de Angicuria.*

URBANUS V.

CLVII. Urbanus V de securo conductu providet Petro Rostagni domicello Ebredunensis dioecesis ad certas partes Alamanniae pro diversis negociis destinato. (—. Arch. com. n° 179). 1363. *Avignon*, maii. 1.

Urbanus etc. — *Venerabilibus fratribus patriarchis* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione Kalendis maii p. n. anno primo.

In plica: *Transmontanus.*

CLVIII. Urbanus V dolet quod Perusini tam acriter circumvicinas civitates opprimant quae Ecclesiae Romanae obediunt. (—. Arch. com. n° 180; — Reg. e Doc. p. 546). 1370. *Roma* jan. 7.

